

de Aerpium Auffia
et Saxonice diu
luma et virido mul-
tiplicè confitata conceor.
tra.

SOLENDEM

QUA

FK.34.

Vd
1632

NUPTIAS

AUSPICATISSIMAS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

F R I D E R I C I A U G U S T I ,

DUCIS SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE,
MONTIUM, ANGRIAET WESTPHALIAE,
PRINCIPIS REGII ET ELECTORALIS, LAND-
GRAVII THURINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, UT ET SUPE-
RIORIS ET INFERIORIS LUSATIAE, BURGGRAVII MAGDE-
BURGENSIS, COMITIS PRINCIPALIS HENNEBERGICI,
COMITIS MARCAE, RAVENBERGI ET BARBY,
DOMINI IN RAVENSTEIN, &c.

CUM

SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA,

D O M I N A

MARIA JOSEPHA,

ARCHI-DUCE AUSTRIAЕ, DUCE
BURGUNDIAE, STIRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLA ET
WURTEMBERGAE, COMITE HABSPURGI,
TIROLII ET GOERZII, &c.

IN TEMPO ACADEMICO LIPSIENS

PROXIMO DIE VENERIS

CELEBRABIT,

INVITAT

ACADEMIA LIPSIENSIS.

(Jo. Brant. chca
creatio)

LIPSIÆ, TYPIS FLEISCHERIANIS.



R. Dr. Ronjouw

Potentissima Domus Austria, inde a Rudolphi Habsburgico, qui seculo XIII. ad Imperii Germanici clavum, post diuturnum Interregnum feliciter collocatus est, eximie floruit, & adhuc floret, summa in Imperio dignitatem & potestatem tenens. Serenissima Domus Saxonica, ex quo Dux Electoratu austrius ad Wittikindos rediit, successione continua gaudet. Raro ista genti seu familia cuiquam ita propria & diurna est felicitas in honore, potentia, deditis, aliisque rebus lubricis posita: saepe cum filiis aut nepotibus ipsa stirps, aut ejus saltim claritas interit. Qui ergo res in Orbe gestas conferunt, non possunt non intelligere, DE U M in Archi-Duces Austria tot terras, Ducatus, Regna contulisse, ut essent, per quos Turcarum multoties repetitos impetus Christiano Orbi exitiales repelleret, & adversus alios hostes libertatem tueretur, & conservaret. Domui Saxonice Duxes & Electores, Divina Gratia, obtigere, qui fide & meritis in Imperium, illustria cognomina Piorum, Fortium, Gravium, Strenuorum, Bellicosorum, Placidorum, Sapientium, Constantium, Magnanimorum, Animosorum, Pacificorum sunt consecuti. Quibus & Domus Austriae incrementa promoverunt, & sua Domus potentiam & dignitatem auxerunt. Sigismundus Imperator Friderico Bellisco, tum ob Majorum merita, & operam adversus rebellios Bohemos, in primis in Brixiensi prælio navatam, tum quod ob viciniam ditioni defendenda maxime idoneus haberetur, extincta in Alberto III. Anhaltina Ursorum familia, Saxoniae Electoratum in feudum dedit. **Friedericus II.** Placidus successor Patris pro Alberto II. Imperator in Bohemos bellum gesvit, quos ad Satium, deinde Sebriam fudit, & copias Polonicas dissipavit. **Wilhelmus** frater Landgravus Thuringiae, socero suo Imperatori Alberto contra Bohemos adstitit, & cum ob uxorem suam Annam Rex Bohemia ab aliquibus destinaretur, amore tranquillitatis publice amoreque Austriae Domus jure suo abstinuit. Cum Reges tres, Casimirus Poloniae, Matthias Hungariae, Vladislau Bohemia in Silviam duxissent exercitus suos, de Regno Bohemiae dimicaturi, Ernestus Elector, Princeps prudentissimus, providens mala, quæ in Romanum Imperium ex isto bello proventura erant, ipse & Elector Brandenburgicus cum 6000. equitibus Vratislaviam progressi, Pacis festos se si obtulerunt, addentes hostes se fore ei, qui meliora consilia aspernaretur, & ambitioni modum ponere detrectaret. Quibus auditis Reges Legatos suos Vratislaviam miserunt, & in conditiones Pacis confenserunt. Frater Ernesti **Albertus Animosus**, Rolandus, Dex- tera Imperii cognominatus, in exercitu Imperii 8000. militum adversus Carolum Burgundum labarum gesvit. Ab Avunculo **Friderico** Imperatore, qui exspectationem successions in Ducatus Juliacensi, Cliviae & Montenfi, si Wilhelmus sine masculis decederet, promiserat, rogatus est, ut contra **Matthiam Hunniadum**, fortissimum Hungariae Regem, a quo Vienna Austria & alia occupata tenebantur, bello præfici se paterneret. Etsi vero nec auxilia nec pecunie subministrabantur, & ex suo furiosis milites sedatus 3000. nummum solverebat, ad conditiones tamen aquas Matthiam adegit, fasnum hunc solum obstare, ne in media Germania castra figeret. **Maximiliano** Regi Romanor. a Brugenibus capto accurrit, sed jam restitutum reperit: Imperator autem ei curam Filii, nepotis Philippi, cuius tutelam Gandavenses sibi vindicabant, & dictio num bellique imperium demandabat, Flandris cum hofo Gallo consilia agitantibus. Sed **Albertus** milibus ob non soluta stipendi tumultuantibus, suas pecunias erogans, ad obsequium reductis, urbes præcipuas obsecras occupavit: Ducem in solenni Principum Conventu Norimbergæ Imperator prædicavit: **Philippus** etiam Archi-Dux Equitibus Aurei Velleris adscriptus. Reversus in Belgum cunctos, qui adhuc repugnabant, ad obsequium **Maximiliani** redire compulit. Pace cum Frisia facta, gubernationem provinciæ, quam hereditarius Imperii Vicarius regerer, in compensationem laborum & sumtum a **Maximiliano** Imperatore suscepit. Cui Gubernationi suo nomine **Henricum Filium** præfecit: quem a Frisia Rectore pati infuetis obsecrum Franeckera superveniens liberavit; at in obsidione Groeningæ morbo corruptus vitam finiit. Post ejus mortem Filii **Georgius** & **Henricus** Frisiæ rebellem, accepta magna pecunia summa, Carolo V. permisérunt. **Fridericus III.** Sapiens dictus Palatinum vel Bavarium bellum compositus, & Electorem Palatinum Philippum proscriptum, & ab omnibus Statibus determinum **Maximiliano I.** Imperatori reconciliavit. Post Maximiliani obitum diversæ de creando Imperatore erant opiniones, diversi Electorum studia: cum duo potentissimi Principes **Carolus Rex Hispania, & Franciscus I.** Rex Gallia imperium ambient, & uterque sibi addictos in Senatu Electorum amicos suffragatores haberet: tum divinitus **Friderico** Saxonie Duci, & Praefidi Senatus **Alberto Moguntino** suggestum est, ut primum jurarent Electores, se nullam electio nem publice renunciatores esse, priusquam unus aliquis communis consensu designatus esset, alioquin dissidentes Electorum suffragationes horribilibus discordiis & bellis Germaniam, totam implicaturam fuisse. Tandem post gravissimas & acres in summo illo Imperii Senatu disputationes, cum Gallia Regis causam se obtinere non posse ipsius suffragatores cernerent, ad **Fridericum** Saxonie Ducem imperium detulerunt. Erant, qui, quod bene ei vellent, valde fuaderent, ut imperium oblatum acciperet, ac si ipse honorem hunc summum non cuperet, Domum tamen suam ad tantam dignitatem evehernet. Is vero se jam senem, & alienissimum ab ambi-

ambitione, Iolam Reipublicæ tamet impetrare diecis, plane rectuavit. nec quicquam animu-
in quo cum summa potentia & felicitate virtus tanto muneri sustinendo par sit, quam *Carolus*
sibi videri, constanter pronunciavit. Ita *Carolus*, in Hispaniis absens communi Electorum
consensu tandem Imperator renunciatus est. Eleci Legati *Friderico* obtulerunt donum trigin-
ta millia florenorum, quos constantissime repudiavat: instantibus illis, ut tantum decem mil-
lia pateretur inter Ministros suos distribui, respondit: accipiant, si velint, attamen nullus ma-
nuebit postero die apud me, qui vel unum aureum acceperit, ac sine mora Francofurto abiit,
ne ulterior ipsi crearetur molestia. Quam magnanimitatem retulit, qui ex ore Episcopi Leo-
dienis electioni præsentis audivit *Erasmus Roterodamus* lib. XIII. Epist. IV. Talem cum nosset
Carolus, absentis ab Imperio vices suas ei commisit, quas etiam pro *Friderico* & *Maximiliano*
prudentissime gesserat. Post *Friderici* mortem Electoratus pervenit ad *Johannem Constantem*.
Hic adolescentis in Hungaria *Maximiliano* militans primus Alba Regalis moenia concendit, &
in Italia operam militarem navavit. Eo regente dissidium in Religione exortum, ab ipso & Pro-
testantibus gratiam *Cæsar* avertit, quod sub successore Filio, *Ioh. Friderico* in bellum exarsit, in
quo victor *Cæsar*, vicitus *Ioh. Fridericus* & captivus Electoratum amisiit, quem in *Mauritius*
& consobrinum ejus transfluit. Ite Avi animositate incitatus anno vigesimo primo ætatis,
Ductore summo Exercitus Imperii *Ioachimo* Electore Brandenburgico, in Hungaria adversus
Turcas militare cœpit. In obsidione Buda ab excurrentibus hostibus cinctus, equo confosco, ca-
taphractus cecidit: accurrens Minister Nobilis *Thuringus* *Ioh. Rübisch*, eique incumbens vul-
tra exceptit, donec adventerint milites Saxonici, qui Principe liberarent. In bello quoque contra
Gallos strenue pugnavit. In initio Belli illius Smalcaldici partes *Cæsar* secutus est, ditiones
Ioh. Friderici, jussu illius, occupavit, Magdeburgum sibi deditum in fidem ejusdem accepit. Sed
cum postea focii sui *Philippi* Landgravii promissam liberationem suis aliorumque precibus
consequi non posset, & Religionis causa in periculo versaretur, expeditione repentina suscep-
ta permovit Imperatorem, ut *Ioh. Fridericum* & *Philippum* captivos clementissime dimitteret, & Pa-
cem Religionis concedereret. Post quæ exercitum in Hungariam contra Turcas duxit *Mauritius*.
Hunc secutus *Augustus*, cui, si frater decederet, successio destinata erat, Electoratum adiit. *Cæ-
sari* sub fratre in bello Belgico, Gallico, & deinde in Germanico meruerat. Quod in Conven-
tu solemni Numburgico renovassent fœdus hæreditarium Domus Saxonica, Brandenburgica,
& Hasiliaca, atque simul Augustana Confessionis conservationem decrevissent, *Cæsari* signi-
ficavit, ne aliud suspicandi causa esset. Pacem Religionis Pasavii *Mauritio* promissam, a *Cæsare*
& Rege Romanorum confirmari ursit, & in Comitis Augustani obtinuit, in qua libera Re-
ligio iuxta Augustanæ Confessionis doctrinam atque fidem permisæ, bona Ecclesiastica possi-
dentiibus Protestantibus reliqua sunt: tum selectos equites mille contra Turcas misit: vivendo
attigit quatuor Imperatores, *Carolus*, *Ferdinandus I.* *Maximilianus II.* *Rudolphus II.* quorum
gratiam subjectione, fide, obsequio mereri & conservare studuit. *Maximilianus*, cum quo &
fratribus ejus in Aula Bohemica adoleverat, & amicitiam contraxerat, Fratrem suum nominab-
at, & filio suo Rudolpho Patris instar habendum proponebat: quos ambos etiam suo suffra-
gio ad dignitatem Imperatoriam exultit. Idem omnes gloriofissimi Imperatores Domui Sa-
xonicae privilegium de non appellando, quo ab immemoriali tempore gavisa est, renovarunt
& corroborarunt. Patri *Christiana I.* quem ingentis atque excelsi animi Principem, ad ean-
dem laudem pertingere, fatum præproperum non permisit, succedens *Christianus II.* ad *Rudol-
phum II.* Imperatorem, & *Matthiam* Archiducem, fratres bellum parantes, conciliandos ope-
ram contulit: ab Imperatore feudum Ducatum Iulie, Cliviæ & Montium accepit, quod
Alberto Animoso jamdudum promissum fuerat: Bohemis, Silesiis, Moravis, Lusatias Literas Ma-
jeftatis, quibus exercitum Religionis Evangelica liberum concedebatur, per intercessionem
suum impetravit. Symbolum hoc suum in cubiculo aliis locis ascribi jusit: Timeo Deum,
amo iustitiam, honoro Casarem meum. Vita excedens Fratris, *Ioh. Georgius*. Electoratum reliquit.
Huic Pietatem in Imperatore naturalem ipsi Romano-Catholici tribuerunt. Certe *Matthiam*,
Ferdinandus II. *Ferdinandus III.* *Ferdinandus IV.* Reges Romanorum & Imperatores elegit. Im-
perator *Matthias*, Rex *Ferdinandus II.* Archidux *Maximilianus* testatur gratiam, amorem &
amicitiam Dresdam ad eum venerunt. Coronam a Bohemis oblata noluit accipere, hortatus eos,
ut ad obsequium Regis sui redirent: Electorem Palatinum vero, ut idem faceret, monuit. Qua-
re in Bello Bohemico, cum hinc Palatinus Bohemiam, Silesiam, Moraviam, Lusatiam, illinc
Bethlehem Gabor, Dux Transylvanicæ, Hungariam & Austria maxima parte occupassent,
afflictæ Domui suppetias tulit, accepta nova securitate Augst. Confessionis, Lusatiam & Sile-
siam Regi suo vindicavit: pro expensis in bellum Cæsar Lusatiam, quæ superiori tempore ad
Marchionem Misnia pertinuerat, ipsi dedit. Post *Cæsarem* subiectissime precatus, ne bona
ecclesiastica, in Pace Religiosa Protestantibus concessa, permitteret vi repeti, invitisimus
sumis arma. Quam ob causam etiam primus posuit, pace Praga inita. Propter quam eti-
pateretur gravissima arma Suecica, constanter tamen *Cæsari* adhaesit. Erat hic tunc *Ferdinandus III.*
qui omnibus viribus conantem, ut pax universalis sequeretur, Leitmeritziam ad fein-
vitabat. Idem laudatissimus Imperator an. 1647. ad Regem Hispaniæ scriptit: Iam ab
omnibus

V D
19

omnibus, præterquam a dilecto nostro, veteri & perfidi Saxone, delecti sumus, qui unicus pro nostris commodis magna fide & constantia laborat. Pace reducta iterum ad Cæfarem invitatius Pragam se contulit. In Electione *Ferdinandi IV.* in Regem Romanorum, inter gravissimas deliberationes suavisimè *Ferdinandum* amplexus, gemmeam torquem collo ejus injecit, & venerationis osculo fronti affixo Romani Imperii caput eum salutavit. Debemus hoc narranti, & laudanti Nicolao Avancino, & Societate Iesu, in Panegyrico, in funus lucretissimum *Ferdinandi IV.* dicto. In ultimis voluntatis sue tabulis adhortatum accepimus Sereniss. Successorem, & ceteros Principes filios, ut Imperatoriam Majestatem subjectissimo obsequio venerarentur, & universam familiam Austriacam reverenter haberent, amicitiamque cum ea conitanter custodiarent & servarent, cui magna beneficia Domus sua debeat. Cujus paterni moniti observantissimus Serenissimus *Johannes Georgius II.* extincto *Ferdinando III.* Francofurti electioni Regis Romanorum ipse interfuit, & inter invidorum molitiones, inter armorum terrores, post accepta nuper regna Hungariae & Bohemiae, *Leopoldo*, cum reliquis Electoribus Principibus suffragantibus, coronam Regni Germanici decrevit & contulit. In Bohemia an. 1673, cum Principe suo hæreditario Imperatorem convenit, multa amoris atque honoris significatione habitus. Anno sequente validas cohortes militares auxilio adversus Gallos misit ad Rhenum, quas Princeps Electoralis hæreditarius duxit. Legati Gallici & Suecici, quod illum avertere suscipierent, responsum tulerunt: Neminem fore, qui se a fide in Cæfarem, & Romanum Imperium, quoad vivere, dimovere valeat. Ubi Patri Filius Dn. *Io. Georgius III.* successit, exercitum suum cum Régis Polonia exercitu & Cæfareanis conjungens, Vienna obſidione ad extremum pene redacta, primus Turcas agressus depulit. In expeditionibus contra Gallos, quantos sumtus impendit? quantos labores, quanta pericula subiit? nec arma exuisset ante pacem, nisi e cafris Tubingam delatus ager, deplorando patrie fato, vitam posuisset. Imitaturus Patrem effictusque erat Sereniss. *Johannes Georgius IV.* terram ostensus, Sereniss. & Potentiss. Pn. *FRIDERICO AUGUSTO*, qui nunc Electoratum gubernat, Domino nostro clementissimo, *Leopoldus Magnus Cæsar*, dum in Aula sua commoraretur, virtutes Principem Juventutis singularissime ornantes conspicatus, gratiam & amorem suum clementissime declaravit. Ejus memor *Ioſephō Archi-Duce Austriae & Regi Hungariae*, quem ex paternarum virtutum aspectu & imitatione didicisse & tenere noverat populos regere, non alium meliorem habuit, cui salus Germaniae, & majestas Imperii crederetur. Hoc, proh dolor! vivis crepto in vegeta ætatis flore Sereniss. *Carolus Rex Hispaniae* supererat, Gentis Austriae nativitate; Imperii Romani divina destinatione & Collegii Electoralis consensu unicum columen. Qualem *Carolum V.* electum sapientissimus Mercurinus Gattinara veluti vaticinabatur, dicens Pontano, Electoris Saxonie Cancellario, bene fecisse Principes Germania, quod *Carolum* Imperatorem elegissent: experturos enim esse, quod sit sapiens & bonus; talem jam *CAROLUS VI.* se exhibet, ut Germanorum Imperium, regna & amplissima provincia heante, venerentur, colant, ament in Fratre Fratrem, in Filio Patrem. Ad hæc silentio præterire non debemus connubia, quibus utraque Domus Serenissima aliquando conjuncta fuit. Omissis antiquioribus Albertus II. Elector Saxonie, Agnetem, Rudolfi Habsburgici filiam, Fridericus Placidus Elector, Margarethem, Ernesti Archi-ducis Austriae filiam, Friderici IV. Imperatoris fororem, Wilhelmus Dux Saxonie Annam Alberti III. Imperatoris filiam conjuges habuerunt; Catharina Alberti Filia Sigismund Archiduci Austriae nupsit. Nunc iterato affinitatis insolubili vinculo utramque Domum Serenissimam Duo Uniones, unus Saxonie, Serenissimus Princeps Regius, *FRIDERICUS AUGUSTUS*, Electoratus hæres, alter Austriae, Serenissima Archiducissa *MARIA JOSEPHA*, gloriofissimæ memoriae Cæsare *Ioſephō* nata, conjungunt, conjuges fauifissimis omnibus, post remotos longe a finibus Germaniae a Cæsare victoriosissimo Turcas, inter nuncios victoriarii Sicilia ad subjectionem Regi suo se submittente. Dum hoc Serenissimum par conjugum multis lætitiae significationibus excipitur & honoratur, Academia, quod potest & debet, Sereniss. Domibus Austriacæ & Saxonica, in Templo suo die VIII. Septembr. horis matutinis, instituta in hanc rem & Templo D. Thomas deambulatione, subiectissime, per Interpretem, Rectorem nunc suum, D. IOH. BURCHARDUM MENCKENIUM, Confil. & Historiographum Regium & Electoralem, Histor. Prof. Publ. Collegii Maj. Princ. Collegiatum & Societas Regiæ Britann. Socium, in solennissima panegyri gratulabitur. Quare ad hanc festivitatem decenter concelebrandam, Illusterrimos Comites Ruthenos, Proceres utriusque Reipubl. Civis suos, florentissimos Iuvenes Studiosos, officios & peramanter invitat. DEUS Optime Maxime, qua potentia pariter es & bonitas, Imperium Romanum, ejusque caput Inclusissimum, & totam Archiducalem Domum, ac Domum Saxoniam, & caput Sereniss. cum Princeps Regio & Archi-ducali conjugi, tege, serva, orna, auge. Immo, DOMINE, audi preces a Tuo Spiritu profetas (Psal. 61.) Dies super dies Principum adjicias, annos eorum usque in diem generationis & generationis. Permaneant in eternum in conspectu DEI: misericordiam & veritatem præpara, quæ custodian eos. Sic Psalmum dicemus nomini Tuo in seculum seculi, ut reddamus vota nostra de die in diem. P. P. Domin. XIII. Trin. d. III. Sept. Anno Chr. cl^o 1000 xix.


X 3386299

ME

AD
de Aeris Austris
et Saxonicis du-
lumia et vinculo mul-
tiplicè confirmata concor.
ORA. SOLENNEM

Vd
1633

FK 34
N U P T I A S
AUSPICATISSIMAS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI
F R I D E R I C I
A U G U S T I ,



B.I.G.

ONIÆ, JULIAÆ, CLIVIAÆ,
NGRIÆ ET WESTPHALIAÆ,
GII ET ELECTORALIS, LAND-
Æ, MARCHIONIS MISNIÆ, UT ET SUPE-
DORIS LUSATIÆ, BURGGRAVII MAGDE-
BITIS PRINCIPALIS HENNEBERGICI,
CÆ, RAVENBERGI ET BARBY,
INI IN RAVENSTEIN, &c.
CUM
A PRINCIPE AC DOMINA,
OMINA
A JOSEPHA,
CE AUSTRIAÆ, DUCE
RIAÆ, CARINTHIAÆ, CARNIOLÆ ET
GÆ, COMITE HABSPURGI,
OLII ET GOERZII, &c.
ACADEMICO LIPSIENS
OXIMO DIE VENERIS
CELEBRABIT,
INVITAT
EMIA LIPSIENSIS. *(Joh. Brunch. Chen
exca)*
Æ, TYPIS FLEISCHERIANIS.

